

deinde extinguatur, non tenetur Hæres alium fundum in locum illius substituere; Sac. Congr. Conc. in Alban. 10 Martii 1712, etiamsi sit opulenta Hæreditas; quia cum legatum incipiat ab assignatione bonorum, non nisi taxativum censi debet, siquidem si Testator non gravavit Hæredes ad solvendam annuam præstationem respondentem oneri Missarum, sed certa ab eadem hæreditate segregavit bona, quæ voluit subjecta oneri designato, conjecturæ qualescunque sive a perpetuitate legati, sive ab hæreditatis opulenta desumptæ, nimis vagæ, ac imbecilles æstimantur, ut judicetur contra Regulam passim servatam in dicta Sac. Congreg. Concil. nempe quod non sit substituendus alius fundus, quoties legatum incipit ab assignatione bonorum, sunt enim ad id certa bona determinate taxata.

(54. Ad dubium: An candelæ gestanda per Canonicos in associatione funeris debeat esse ponderis ad minus quatuor librarum, vel arbitrio hæredum; et an Canonici ultra dictam candelam præterire possint unum ducatum regni pro quolibet Canonico; S. Congreg. Conc. in Trojana 21 Maii 1701, respondit negative, quoad primam partem, sed remittendum arbitrio hæredum; quo vero ad secundam partem, negative.

(55. Ad dubium: An hæredes defunctorum possint adhibere circa Cadavera defunctorum quantitatem cere sibi benevisam, seu potius constet de aliqua consuetudine quoad quantitatem cere, eaque sit servanda? Sac. Congreg. Concil. in Nullius, seu Montis Cassini 26 Jan. 1726, ad VIII, respondit: «Esse statuendam taxam ab ordinario auditis interesse habentibus, et taxa ab eodem transmittatur ad Sacram Congregationem.»

(56. Ad dubium: An Presbyteri dictæ Ecclesiæ valeant prohibere sonum campanarum, tam de tempore obitus, quam de tempore delationis cadaveris ad aliam Ecclesiam; et quod emolumentum ab hæredibus defunctorum Sacristiæ debeatur in casu, etc. «Ead. Sac. Congr., ib. ad XV, respondit negative quoad tempus obitus, et pro sonitu nihil deberi, quoad tempus vero delationis cadaveris pulsandas esse campanas, si hæredes velint, soluta competenti mercede taxanda ab ordinario.»

(57. Hæredibus licet duntaxat Parochum ad funus vocare; sed si velint alios Presbyteros vocare, præferendi sunt Presbyteri Ecclesiæ Parochialis, et receptiæ in numero ipsis hæredibus benevisi; Sac. Congreg. Concil. in Nullius, seu Montis Cassini 26 Januarii 1726.

(58. Ad hæredes, et non Parochum spectat vocare quot, et quos libuerit ad funus, Sacra Congregat. Episcop. et Regular. 4 Januarii 1594.

(59. Numerum Religiosorum, ac electionem Religionum pro associandis cadaveribus, ad hæredes defunctorum pro libito voluntatis eorum spectare, et pertinere, et ita ubique in posterum servari debere declaravit S. R. C. 4 Januar. 1640.

(60. Hæredes defuncti invitare possunt

numerum sacerdotum secularium, aut Regularium, imo, et confraternitatum sibi benevisum; nec cogi possunt ad vocandum capitulum, vel alios, sed solum Parochum, cui debetur duplum elemosynæ illius, quæ datur aliis Sacerdotibus simplicibus; Sac. Cong. Episcop. et Regul. 17 Mart. 1579, 11 Octob. 1580, 24 Jan. 1581, 11 Jan. 1647 et 11 Decemb. 1649.

(61. Hæredes non tenentur vocare, nisi Parochum; Sac. Congregat. Episcop. et Regul. 18 Septembris 1646.

(62. Hæredes Beneficiorum tenentur resarcire bona et domos beneficiorum nec non sacris suppellectilibus Ecclesias providere, ex oraculo Clementis XI, mediante encyclica Epistola sub die 23 Maii 1708, impressa in Appendic. Synod. Fulginat. Baptistelli, fol. 167, Ursava in Miscellaneo Sacro, et profano primo litt. B, n. 29.

#### ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(63. Summa Hæredum divisio est, ut vel testamentarii, vel legitimi sint. De testamentariis placet hic disserere. (64. Essentia cuiuscumque testamenti vel solemnis, vel minus solemnis, consistit in Hæredis institutione, quæ est certi Successoris in universum jus, quod Defunctus habuit, declaratio legitima.

(65. Hæredis institutio aut necessaria, aut voluntaria est. Hæc necessaria est, quando necessario certæ personæ sunt instituendæ, vel exhæredandæ, hoc est, quibus debetur legitima. Sic itaque ante omnia hæredes sunt instituendi liberi tam sui, quam emancipati tam a patre, quam a matre; Novell. 115, cap. 3, imo et spurii respectu matris; l. xxix, § 1, de inoffic. Testam. Quin et nepotum quoque filiis mortuis, et posthumorum eventualiter habenda est ratio Princip. et § 1, Instit. de Liber. et Post. hæred. instit. alias natiuitate sua rumpunt testamentum leg. 3, § 3, de Injust. rupt. et irrit. testam. (66. Huc etiam referuntur, qui in potestatem Testatoris quocumque modo post conditum testamentum recidere queunt; l. xxix, § 11, ff. de Liber. et Post. hæred. instit. (67. Hinc consultum est, instituere hosce eventualiter, in quem finem Romani ex legibus varias formulas excogitarunt l. 29, ff. dict. tit. de Liber. et Post. hæred. instit. Inde posthumi alii legitimi, alii Aquiliani, alii Valleiani, alii Juliani, alii Corneliani dicebantur: dict. l. 29, dict. tit. de Liber. et Post. Hæred. instit. (68. Sed nullam hodie præstant utilitatem anxie illæ veterum formulæ. Vide l. 13, C. de Post. Hæred. instit. Sic etiam ex eodem fundamento utile est eventualiter instituere parentes, ne liberis mortuis ante testatorem testamentum rumpant. Dici et idem potest de fratribus, quo casu et illis legitima debetur.

(69. In voluntaria Hæredis institutione inspicit debet 1. ad habilitatem personarum instituendarum; 2. ad modum instituendi.

(70. In personis requirebatur, ut juris civilis commercio fruenterentur l. 1. ff. ad Leg. Falcid.; tum ut Hæredes scripti certi essent.

Excluderentur propterea servi quia tales, peregrini, l. 6, § 2, ff. de Hæred. instit.; qui tamen, postquam jura succedendi illis sunt communicata, hodie institui queunt; Auth. Omnes Peregrini, C. Commun. de Success. Deportati, banniti, apostatæ, l. 3, C. de Apost. Hæretici; l. 4, C. de Hæretic. Collegia denique, Universitates, et incertæ personæ, nisi collegia essent excepta; l. 2, et l. 22, C. de SS. Eccles.; l. 1, C. de Judais. Emendavit vero hoc Justinianus in § 25, et seq. Institut., de Legat. ut tantum reprobata collegia institui nequeant.

(71. Sunt et qui certo respectu institui hæredes haud possunt. In horum numero sunt liberi naturales, quando adsunt legitimi, tunc enim non nisi in una uncia institui a patre queunt; Auth. Licet, C. de Natural. Liber., novell. 89, cap. 12. Si testatoris parentes soli supersint, in octo uncias, alias vero ex asse. Sic et incestuosi hæredes a parentibus institui haud possunt, nec parentes incestuosi a se invicem; l. 6, C. de Incest. Nupt.; ab aliis vero possunt.

(72. Hæc inhabilis institutio, si palam fiat, pro non scripta habetur; l. 1, C. de Hæred. Instit.; at si clam, et in fraudem legis, lucrum ejus cedit fisco; l. 1, § 1, de Jur. Fisc.

(73. Habilitas hæredis tribus maxime temporibus considerari debet: testamenti conditi ob regulam Catonianam; mortis, quia testamentum per hanc confirmatur; et aditionis, quia per hanc acquiritur. Quod ultimum in hæredibus suis diversum haud est a tempore mortis. Sed jam satis de habilitate personarum instituendarum.

(74. Quod attinet ad modum instituendi, I. requiritur ut institutio possit habere effectum. Quamobrem ridicula est omnium hominum institutio. Diversa autem est ratio in institutione pauperum; l. 46 et l. 49, C. de Episc. et Cler. cum magis pauperes collective sumpti in eo quo vixit testator loco

#### HÆRESIS.

##### SUMMARIUM.

1. Hæresis unde sit dicta. — 2. Hæresis alia est materialis, et alia formalis, et quæ sit materialis. — 3. Hæresis materialis inter veras Hæreses numeranda non est. — 4. Hæresis formalis quæ sit? — 5. Ad hæresim formalem duo copulative requiruntur, scilicet error intellectus, et pertinacia in voluntate. — 6. Pertinacia requisita ad Hæresim formalem in quo consistat. — 7. Talis pertinacia, et error debet esse hominis baptizati, et fidem Christianam professi. — 8. Talis pertinax error ad hoc, ut sit hæresis, debet esse contra aliquam veritatem fidei catholicæ. — 9. Hæresis formalis alia est interna, seu mentalis, et alia externa, et quæ sit utraque? — 10. Hæresis externa dividitur in occultam, et publicam, seu manifestam. — 11. Quot, et quæ fuerint hæreses et hæresiarchæ? remissive. — 12. Hæresis per quid differat a schismate? — 13. Schisma est error voluntatis, et non intellectus, ut est hæresis. — 14. Schisma purum, et mixtum, in quo differat? — 15. Potest esse schisma sine hæresi, sed non e contra; sic omnis hæreticus est schismaticus, sed non e converso. — 16. Ordinarie tamen et practice loquendo vix unquam nostris hisce diebus datur amplius schisma purum,

videantur instituti. Huc etiam refertur si sanctum instituat, quia sic ecclesiæ sancto illi dicatæ debetur; l. 26, C. de SS. Eccles.

(75. II. Ut fiat institutio de universis bonis, sive unus, sive plures hæredes sint instituti, quia jus Romanum non admittit, ut decedere quis possit pro parte testatus, pro parte intestatus; l. 15, ff. de Legat. 1, l. 7, de Regul. Jur. Hinc unicus in re certa institutus detracta mentione rei universam hæreditatem capit; l. 1, ff. Hæred. instit. Idem et de pluribus ex certa re institutis asseritur in l. 9, § 13, et l. 10 et l. 11, ff. dict. tit. de Hæred. instit. ut tamen hoc casu certæ rei adjecto habeatur instar prælegati in divisione hæreditatis, et ex reliquis bonis, ex æquo solvi debeat æs alienum l. 35, § 2, ff. eod. Idque ipsum placuit, si quidam ex certa re sint scripti, quidam non. Hoc casu illi sunt loco legatariorum, hi vero hæredum; l. 13, C. eod. Deficientibus vero his; illis jus accrescendi salvum est.

(76. III. Et institutio sit libera, non extorta, quamvis blanditiæ non sint vetitæ; l. ult., ff. Si quis aliq. testat. prohib.

(77. IV. Ut sit institutio ex certa scientia, et animi sententia facta. Hinc nequit in alterius arbitrium conferri; l. 32, ff. eod., aperte scilicet, bene tamen tacite per conditionem; l. 68, ff. eod. l. 1, ff. de Legat. 2; vel si consideratur tanquam arbitrium boni viri; l. 1, ff. de Legat. 2. De jure vero canonico hoc simpliciter admittunt ob cap. 13, de Testam.

(78. V. Ut sit concepta verbis dispositis et directis. Intellige tamen de jure veteri, nam sublatum est hoc requisitum per l. 15, C. de Testam., adeoque qualiscumque declaratio vel expressa hodie sufficit; Vide omnino Harprect. de Tacit. Institut. Hæred.

(79. VI. Ut sit sincera, non captatoria. Confer vero hic Thom. disput. de Captator. et in primis Bynkershoek in opuscul. de Captat. Institut.

seu sine hæresi. — 17. Hæresis causa spectat solummodo ad Judicem ecclesiasticum. — 18. Judices ecclesiastici in causa hæresis sunt in specie sequentes, primo, summus pontifex. — 19. Secundo, sacra congregatio eminentiss. Card. generalium inquisitorum. — 20. Tertio, episcopi respectu omnium existentium in sua diocesi. — 21. Imo episcopi etiam exemptorum Regularium judices sunt in causa hæresis, ut delegati a Papa. — 22. Vicarius, tamen generalis sine speciali mandato non est Judex in causa hæresis. — 23. Quarto, judex ordinarius in causa hæresis est etiam Capitulum sede vacante. Non item vicarius ipsius generalis. — 24. Non potest tamen capitulum sede vacante exemptos judicare in causa hæresis. — 25. Quinto, judices competentes in causa hæresis sunt inquisitores sancti Officii. — 26. Inquisitores autem provinciarum et Diocesium non sunt judices episcoporum, nuntiorum, et officialium apostolicorum. — 27. Inquisitores, et episcopi possunt conjunctim, vel separatim procedere in causa hæresis, et quomodo? — 28. In locis ubi non viget officium inquisitionis episcopi soli gaudent omni facultate inquisitoribus alias competente. — 29. Principes, potestates, et judices sæculares nullo modo possunt se immiscere in processum a judice ecclesiastico contra Hæreticos instituendum,

vel institutum, sed debent indilate exsequi sententiam iudicis ecclesiastici. — 30. Nec possunt præterevidere prius processum a iudice ecclesiastico factum, et si præterant, debet illis negari. — 31. Sententia iudicis ecclesiastici dicitur statim, et indilate exsequi a iudice sæculari, si intra sex dies exsequitur. — 32. Hæresis pure mentalis potest absolvi a quolibet simplici confessario. — 33. Episcopi et inquisitores absolvere possunt in utroque foro ab Hæresi deducta ad forum contentiosum. —

(1. Hæresis est verbum Græcum Latine significans *electionem* ac *sektionem*, eo quod sit novæ, et a communi Ecclesiæ et Spiritus sancti vero sensu alienæ doctrinæ et opinionis electio aut secta; cap. 27 *Hæresis* et cap. *Hæreticus* 28, caus. 24, qu. 3. (2. Hæresis alia est materialis et alia formalis. Hæresis materialis est hominis baptizati et fidem professi erroneus assensus contra aliquam veritatem fidei ex sola ignorantia vel errore procedens, absque pertinacia voluntatis in eo persistendi; est in re communis. (3. Hæc Hæresis materialis inter veras Hæreses numeranda non est; arg. cap. *Dixit Apostolus* 29, caus. 24, qu. 3, et cap. *Damnamus* 2, de *Summa Trinitate*. (4. Hæresis formalis est hominis baptizati ac Christianam fidem professi error voluntarius ac pertinax contra aliquam veritatem fidei; est in re communis. (5. Unde patet quod ad Hæresim formalem duo copulative requiruntur, scilicet error in intellectu et pertinacia in voluntate: arg. cap. *Dixit Apostolus* 29, et cit. cap. *Damnamus* 2, de *Summa Trinitate*. (6. Pertinacia autem ex parte voluntatis requisita ad constituendam Hæresim formalem non consistit in hoc quod quis acriter et mordicus diu retineat, defendat et tueatur errorem contra fidem, sed in hoc quod huiusmodi errorem retineat postquam contrarium eidem est jam sufficienter propositum, vel quando scit contrarium teneri a vera universali Christi in terris Ecclesia, cui iudicium suum præferre præsumit. Sic doctores communiter. (7. Talis autem pertinacia et error debet esse *hominis baptizati et Christianam fidem professi*, ad hoc ut contineat Hæresim, quia errores, quos non baptizati, verbi gratia, Turcæ, gentiles, iudæi contra fidem Christianam habent, non sunt *Hæreses*; sed paganismi, gentilismi vel iudaismi sunt et vocantur; *communis*. (8. Talis pertinax error ad hoc ut sit *Hæresis*, debet esse *contra aliquam veritatem fidei Christianæ*. Nam si sit circa alia objecta, quæ ad fidem Christianam non pertinent, non est *Hæresis*, ut de se patet; et si non sit *contra aliquam*, sed contra omnem fidem Christianæ veritatem, non Hæresis, sed paganismus, vel iudaismus erit, aut apostasia a fide, aut denique atheismus perfectus; quælibet enim Hæresis admittit aliquos articulos et veritates fidei Christianæ, verbi gratia, Christum pro nobis esse passum et mortuum, resurrexisse et ascendisse in cælum, et huiusmodi.

(9. Hæresis formalis, de qua hic est sermo, alia est interna, seu mentalis, et alia externa. Hæresis interna seu mentalis est illa quæ in corde seu mente retinetur, et

— 34. Non possunt tamen absolvere ab Hæresi in foro conscientie tantum. — 35. Prælati regulares nequeunt absolvere sæculares in foro interno ab Hæresi occulta. — 36. An autem prælati regulares possunt absolvere ab Hæresi occulta suos subditos? *remissive*. — 37. Absolutio ab Hæresi in foro interno, non suffragato in foro externo. — 38 ad 42. Nonnulla ex Bened. XIV quoad Hæresis absolutionem. — 43 ad 46. Quoad Hæreticorum conjugia. — 47 ad 50. Quoad Hæresis absolutionem.

nec verbis nec facto externo manifestatur. Hæresis externa est illa quæ, interne vigens verbis vel facto aliquo externo sufficienter exprimitur; *communis*. (10. Hæresis externa dividitur in occultam et publicam seu manifestam. Hæresis externa, publica, seu manifesta est illa quæ palam et coram pluribus externe manifestatur. Hæresis externa occulta est illa quæ verbis, vel facto, aut signo aliquo externo proditur; vel nemine, vel uno aut altero solummodo præsentate et audiente, dicendo verbi gratia, *Non credo tres esse personas divinas. Non credo secundam divinam personam esse incarnatam*, et huiusmodi. Et hæc Hæresis, quia vere est, et dicitur *externa*, quantumvis occulta, sufficit ad incurrendas pœnas, nec requiritur ut sit publica, dummodo alias condiciones habeat. (11. Quot autem et quænam fuerint Hæreses et Hæresiarchæ, vide Berninum ubi late et fuse de omnibus per quatuor integros tomos; Graveson, in *Historia Ecclesiastica*; Nicolium, in *Flosculis*; Boyvin in *Theologia*, tom. IV, aliosque passim dogmaticos et historicos de Hæresibus et Hæresiarchis expresse tractantes, et quoad antiquos S. Augustin. et S. Epiphani. lib. *de Hæresibus*, et S. Isidorum relatum in cap. *Quidam autem*, 39, caus. 24, qu. 3, ubi plurimæ antiquæ Hæreses et Hæresiarchæ enumerantur.

(12. Hæresis differt a schismate puro per hoc quod ipsa per se ac directe opponatur fidei, negando seu non credendo unum aut plures fidei articulos; schisma vero opponitur unitati, tollendo Ecclesiæ unitatem quæ per charitatem habetur; *sic communis* cum D. Thoma 2-2, quæst. 39, art. 1; Sanchez, lib. 2. *Moral.*, c. 35, num. 6, Reiffenstuel, lib. v. *Decret.*, tit. 8, n. 7. (13. Unde constat schisma esse errorem voluntatis, non intellectus, ut est hæresis; Ursaya *Instit. crim. lib. 1, tit. 7, num. 4*. (14. Nolanter autem dicitur, *a schismate puro*, quia schisma purum facit quidem recedere ab unitate Ecclesiæ et ejus capitis Vicarii Christi in terris; sed absque errore in fide, ad differentiam schismatis misti seu conjuncti cum Hæresi, quod nedum facit recedere ab unitate Ecclesiæ, sed et insuper facit recedere a vera fide, negando, verbi gratia, seu non credendo Summum Romanum Pontificem esse in terris Vicarium Christi et caput totius Ecclesiæ catholicæ, etc. (15. Hinc patet posse esse schisma sine Hæresi, sed non e contra; Omnis enim hæreticus est schismaticus, sed non e converso, ut declarat Goffred. in *Summa de Schismate*, et Soccin. cum Fagnan. lib. v. *Decr.*, in c. *Quod a prædecessor. 1. de Schismaticis*, num. 20. (16. Ordinarie tamen, et

præter loquendo, vix nostris hinc diebus unquam datur amplius schisma purum, seu sine Hæresi. Quamvis enim in suo principio schisma non habeat perversum fidei dogma, sicut Hæresis, tamen in fine nullum schisma est sine Hæresi, ut ex verbis S. Hieronymi recitatur in cap. *Hæresim* 26, caus. 24, quæst. 3, ibi: « Inter Hæresim et schisma hoc interesse arbitrantur, quod Hæresis perversum dogma habeat; schisma propter episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separat. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest; cæterum nullum schisma non aliquam sibi confingit Hæresim, ut recte ab Ecclesia recessisse videatur. »

(17. Hæresis causa spectat solummodo ad iudicem ecclesiasticum; est enim Hæresis crimen mere ecclesiasticum, textu expresso in c. *Ut inquisitionis* 18, § *Prohibemus*, de *Hæret.* in 6, ibi: « Prohibemus quoque districtius, Potestatibus, Dominis temporalibus et rectoribus, eorumdemque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine, cum sit mere ecclesiasticum, quoquomodo cognoscant vel iudicent, » et Gloss. ib. communiter recepta. (18. In specie autem iudices ecclesiastici in causa Hæresis sunt sequentes. (19. Primo, Summus Pontifex; *communis et indubitata*. Secundo, sac. congreg. cardinalium generalium inquisitorum ad hoc erecta a Paulo III, anno 1542, constitut. 34, incip. *Licet*, et denuo restituta a Sixto V, anno 1587, constitut. incip. *Immensa*. (20. Tertio, episcopi respectu omnium existentium in sua diœcesi; cap. *Excommunicamus* 13, § *Ad iudicium*, de *Hæreticis*; Clement. 1, § *Propter quod*, de *Hæreticis* et communis doctorum. (21. Imo episcopi etiam exemptorum regularium iudices sunt in causa Hæresis, non ut iudices ordinarii, sed ut delegati papæ, textu expresso in c. *Ad abolendam* 9, § *final.*, de *Hæretic.* ibi: « Si qui fuerint a lege diœcesanæ jurisdictionis exempti, soli subjaceant sedis apostolicæ potestati; nihilominus in his quæ contra hæreticos sunt instituta, episcoporum subeant iudicium; et eis in hac parte, tanquam a sede apostolica delegatis (non obstantibus libertatis suæ privilegiis), obsequantur. » (22. Vicarius tamen generalis sine speciali mandato episcopi non est iudex in causa Hæresis; Farinac. de *Hæresi*, qu. 186, n. 13; Imola in *element. 1, de Hæret.* num. 18; Pirhing. lib. v. *Decret.*, tit. 7, num. 124; Reiffenstuel *ibid.*, num. 439, et alii; et ratio est quia ob gravitatem huius criminis requiritur specialis commissio, ut desumitur ex concilio Tridentino sess. 24, de *Reform.* cap. 6.

(23. Quarto, iudex ordinarius in causa Hæresis est etiam capitulum sede vacante; sic Farin. de *Hæresi* q. 186, n. 177; Hostiens. in c. *Ad abolendam* 2, de *Hæreticis*, num. 1; Pirhing *loc. cit.*, num. 125; Reiffenstuel *loc. cit.*, num. 440, arg. *cit. cap. Ad abolendam*, ibi: « Vel clerici ipsi, sede vacante, cum consilio (si oportuerit) vicinorum episcoporum, Hæreticos iudicaverint. » (24. Non potest tamen capitulum sede vacante exemptos iudicare in causa Hæresis; Farinac. de

Hæresi quæst. 186, num. 182. Abbas in *cit. cap. Ad abolendam* in fine, et alii communiter. Et ratio est quia capitulum sede vacante succedit episcopo solum in iis quæ jure ordinario competunt episcopo, non vero in iis quæ non nisi jure delegato aut speciali habet, arg. cap. *Pastoralis* 11, de *offic. Judic. Ordin. et Regul.*, 7 Junii in 6, et l. *In omnibus*, ff. de *Regul. Juris*. (25. Quinto, iudices competentes in causa Hæresis sunt inquisitores fidei in S. Officio inquisitionis specialiter deputati a suprema et universali congregatione cardinalium generalium inquisitorum, juxta *cit. constitut. Pauli III incip. Licet*, et *constitut. Sixti V incip. Immensa*. (26. Et est communis argum. cap. *Ut officium de Hæreticis*, in 6, cap. *Ut inquisitionis* eod. in 6, Clementina 1 de *Hæreticis*, cum similibus. Inquisitores autem provinciarum et diœcesum non sunt iudices episcoporum, nuntiorum, et officialium apostolicorum; sed occurrente casu suspicionis, vel accusationis, vel denuntiationis contra ipsos, debent significare sedi apostolicæ, prout expresse statuitur in c. *Inquisitores* 16, de *Hæret.* in 6, et extravagant. *Cum Matthæus* 3, de *Hæretic.*, inter communes.

(27. Inquisitores et episcopi possunt conjunctim vel separatim in causa Hæresis contra suspectos vel denunciatos procedere, ita tamen ut si separatim procedant, sententiam condemnatoriam ferre non possit inquisitor, nisi prius processum communicet episcopo, vel sede vacante, capitulo; nec episcopus, nisi suum processum communicet inquisitori, si in sua diœcesi officium inquisitionis vigeat, textu claro in cap. *Ut officium* 11, de *Hæret.*, et c. *Per hoc* 17, eod. in 6. (28. In locis ubi non vigeat officium inquisitionis, episcopi soli gaudent omni facultate inquisitoribus alias competente. Sic probat receptus usus et consuetudo, ut observant Azorius part. 1, lib. viii, c. 18, quæst. 2; Pirhing, *loco cit.*, num. 130; Reiffenst., *loco cit.*, num. 449, et alii passim. Episcopi enim in suis diœcesibus sunt inquisitores nati, ut recte notat card. de Luca *relat. Curia Romanæ disc. 14, num. 4*.

(29. Principes, potestates et iudices sæculares nullo modo possunt se immiscere in processum a iudice ecclesiastico contra Hæreticos instituendum vel institutum, sed debent indilate exsequi sententiam iudicis ecclesiastici, textu expresso in cap. *Ut inquisitionis* 18, de *Hæret.* in 6. (30. Nec possunt præterevidere prius processum a iudice ecclesiastico factum, et si præterant, debet illis negari; *cit. c. Ut inquisitionis*, et Innoc. VIII, *constit. incip. Dilectus*, ubi præcipit ut iudices sæculares sine ulla visione processus ab inquisitore facti exsequantur sententiam sub pena excommunicationis ipso facto incurrenda. (31. Sententia autem iudicis ecclesiastici dicitur statim et indilate exsequi a iudice sæculari si intra sex dies exsequitur, textu expresso in *cit. constit. Innocentii VIII incip. Dilectus Filius*, ibi: « Precipiatis, atque mandetis, ut infra sex dies postquam legitime fuerint

requisiti sine aliquo ditorum processuum per vos agitatorum visione sententias per vos latis contra hujusmodi Hæreticos promp- te exsequantur appellatione remota. »

(32. Hæresis pure mentalis, cum excom- municationem annexam non habeat, potest absolvi a quocunque etiam simplici confes- sario; Barbosa de Potestate episcop., par. II, alleg. 40, n. 13; Bordon. in Tribunali, cap. 12, n. 2 et 3. Del Bene, de Offic. Inquisit., part. I, dub. 49, petit. 3. Bonacina, de Cen- sur. in bulla *Cœnæ*, disp. 1, quæst. 2, punct. 2, n. 3, et cum aliis a se citatis card. Petra, tom. 3. Comment. ad constit. 18 Innocent. IV, n. 13. (33. Episcopi et inquisitores absol- vere possunt in utroque foro ab Hæresi de- ducta in forum contentiosum; cap. *Officium*, 11, de *Hæret.* in 6, et docent communiter doctores, teste cardin. de Petra loc. cit., num. 27, ubi dicit sic pluries respondisse sacram supremam Inquisitionem; nec obstare bullam in *Cœna Domini*, cum ipsa procedat quoad absolutionem ab Hæresi non deducta ad forum contentiosum. (34. Non possunt tamen absolvere ab Hæresi in foro conscientie tantum, ut pluries de inquisitoribus respondit suprema Inquisitio, teste cardin. Albitio de inconstancia in Fide, cap. 25, num. 16; Salell., lib. II, cap. 8, regul. 200, num. 35, cardin. Petra loc. cit., numer. 28, et de episcopis pluries respondit sac. cong- reg. Concil., præsertim die 21 Aug. 1609, die 7 Julii 1617, die 5 Novemb. 1644.

(35. Quamvis enim concilium Tridenti- num, sess. 24, de *Reformat.*, cap. 6, conces- serit episcopis facultatem absolvendi in foro conscientie ab Hæresi occulta, tali tamen decreto Tridentini derogatum esse per bul- lam *Cœnæ* pluries respondit sacra Congre- gat. ejusdem Concilii, et signantur in Con- cordien. anno 1585, l. IV, decretor., pag. 17. « Censuit decreto Concilii, sess. 24, cap. 6, derogatum esse in casu Hæresis per bullam *Cœnæ Domini*. Et in Cameracen. 28 Februa- rii 1602, lib. X *Decretor.*, pag. 25, ibi: « Quamvis a concilio Tridentino episcopis tributa fuerit facultas ab Hæresi per se ipsos in casibus occultis absolvendi, eam tamen in illis ademptam esse pontificia constitu- tione quæ in die *Cœnæ Domini* legi consue- vit; ideoque oportere ipsum, si ita re esse arbitretur, ejusmodi facultatem petere a Sede Apostolica, a qua facile illam impetra- bit. » Et in causa Hiberniæ 9 Septembris 1690, ibi: « VI. Cum de jure, ubi non adest in- quisitio, episcopus sit inquisitor, an possit saltem ut inquisitor absolvere ab Hæresi, etiamsi specialem ad id non habeat a Sede Apostolica facultatem concedi solitam, ad tempus limitatam episcopis Hiberniæ. VII. Cum neque episcopus, neque vicarius gene- ralis commode adiri possint pro absolutione ab Hæresi; an liceat episcopo delegare fa- cultatem parochi absolvendi ab ea? » S. cong- reg. respondit « Ad VI, *Negative*. Ad VII, *Negative et ad mentem*, et mens est, ut qua- tenus facultas absolvendi non sit concessa, concedi possit, et debeat. » Et sic etiam pluries declaravit suprema Inquisitio, ut

testantur Pegna part. III, director. comm. 141; cardin. Albit. loc. cit., cap. 25, num. 9; card. Petra, loc. cit., num. 21, et testes Bar- bosa de offic. et potest. Episcop. par. II, al- legat. 40, num. 24; Pignatell. tom. I, con- sult. 391, Pegna, Piasec., Fagnan. et alii. Sic pariter declaratum est a S. Pio V, Gre- gorio XIII et Clement. VIII; et clarissime ultimo constat ex decreto Alexandri VII, de anno 1663, 24 Septemb., damnantis hanc propositionem tertiam in ordine: « Sententia asserens bullam *Cœnæ* solum prohibere abso- lutionem Hæresis, et aliorum criminum, quando publica sunt, et id non derogare facultati Trident., in qua de occultis crimi- nibus sermo est, anno 1629, 18 Jul. in con- sistorio sac. congr. eminentiss. cardin. visa et tolerata est. » (36. Et hanc aliam in ordine: « Prælati regulares possunt in foro conscientie absolvere quoscunque sæcula- res ab Hæresi occulta et ab excommunica- tione propter eam incursa. »

(37. An autem prælati regulares possint absolvere suos subditos ab Hæresi occulta, Vid. verb. *ABSOLUTIO*, ubi late de hoc.

(38. Absolutio in foro interno non suffra- gatur in foro externo. Penitentes enim sic absoluti possunt adhuc in foro externo in- quiriri et puniri; Locatus verb. *Absolvere*, num. 1, et verb. *Hæreticus*, num. 24; Reper- tor. Inquisitor. verb. *Confessio*, § *Rerum*; Zanchin. de Hæretic., cap. 34; Duard. in bulla *Cœnæ*, lib. III, § 2, quæst. 12, n. 12; Barbosa, loc. cit., allegat. 40, n. 29; card. Petra, loc. cit., n. 39 et alii passim.

(39. Hæresis abjuratio præcedens requiri- tur tanquam conditio necessaria in litteris apostolicis dispensationum quæ super gra- dibus consanguinitatis, vel affinitatis, aliisve impedimentis petuntur pro personis diversæ professionis; Bened. XIV, tom. II, constit. 51 incip. *Magnæ nobis admirationis*. (40. Hæ- resis abjuratio promissio non sufficit ut hujusmodi litterarum executor seu episcopus, dispensandi facultatem ab Apostolica Sede habens, dispensationes ipsas ad effec- tum perducatur; idem, constit. 59 incip. *Ad tuas manus*. (41. Hæretici ratione suscepti baptismi ad amplectendam fidem catholicam cogi possunt; idem ibidem.

(42. In locis tamen in quibus toleratur ut hæretici mixti cum Catholicis habitent, videndum quid ferat usus et consuetudo; idem ibid.

(43. Hæreticorum conjugia, ex perpetua Sede Apostolica disciplina, sunt catholicis interdicta; idem, constit. 52 inc. *Magnæ nobis admirationis*. (44. Si vero aliquando ex gravissimis causis permittuntur, opportu- næ adjiciuntur cautelæ, quibus et conjugis catholici fides, et futuræ prolis catholica edu- catio in tuto habeatur; idem ibidem. (45. Hu- jusmodi conjugia in aliquibus locis, in qui- bus hæretici cum catholicis mixti vivunt, de facto ineuntur, et a potestate ecclesiastica, ne majora mala proveniant, tolerantur; idem, constit. 19, inc. *Ad tuas manus*. (46. Verum dispensationes super gradibus aut impedi- mentis, ab Apostolica Sede pro ipsis non

conceduntur, nisi adjecta conditione abju- randæ prius hæresis, idem ibidem et citat. constit. 51 incip. *Magnæ nobis admiratio- nis*.

(47. Hæretici occulti absolvi possunt a Pœnitentiaria apostolica. Idem, tom. I, con- sult. 95 incip. *Pastor bonus*, § 9. (48. Hæ- retici ad fidem redeuntes summa charitate ab Ecclesia recipiuntur. Idem, constit. 129 incip. *Quamvis tempore*, § 11.

#### HÆRETICA PROPOSITIO.

Vide verbum PROPOSITIONES DAMNATÆ, n. 22.

HÆRESI PROXIMA PROPOSITIO. — SAPIENS HÆRESIM, — SUSPECTA DE HÆRESI.

Vide ibidem, n. 23 ad 25.

#### HÆRETICUS.

##### SUMMARIUM.

1. Hæreticus est, qui negat aliquem ex articulis ab Ecclesia definitis. — 2. Ad hoc autem, ut quis sit Hæreticus formalis articulum ab Ecclesia definitum negare debet cum errore intellectus, et pertinacia voluntatis. — 3. Hæreticus enim censi non debet errans in fide, si Romanæ Ecclesiæ judicio errorem supponat, paratus stare decisioni Sedis Apostolicæ. — 4. Hæreticus formalis est, qui positive dubitat de fide, vel aliquo illius articulo sufficienter sibi proposito, etc. — 5. Unde ex hujus defectu *formales hæretici* non sunt, qui inter hæreticos nati, et educati de uno, vel pluribus articulis dubitant, donec sufficienter sibi proponantur. — 6. Hæreticus est, qui de sacramentis aliter sentit, ac docet, quam Romana Ecclesia prædicat et observat. — 7. Hæreticus alius est lapsus, et alius relapsus, et quis sit uterque. — 8. Relapsus alius dicitur relapsus manifestus, seu vere, et alius præsumptus, seu fide, et quis sit uterque. — 9. Non solum dicitur relapsus, qui in eandem speciem hæresis jam abjuratam relabitur, sed etiam, qui post abjuratam simpliciter, et generaliter hæresim, inde in quancunque aliam hæresim incidit, vel receptat, associat, defendit, auxilium fert Hæreticis. — 10. Hæreticus, vel schismaticus, si non respiciat nequit salvari, sed æterne damnabitur, nec ad salutem ei proderunt baptismus, eleemosyna, aut mori pro Christo. — 11. Catechu- menus nondum baptizatus, deficiens a fide, quam recepit, non est proprie dictus Hæreticus, sed infidelis. — 12. Ficti et invalide baptizatus, si fidem deserat habendus est ut Hæreticus, quandiu de Bap- tismi fictione aut invaliditate non constet, licet in rigore talis non sit defectu baptismi. — 13. Qui metu mortis percussus negat fidem, aut aliquid contrarium fidei affirmat, absque ullo interiore men- tis assensu, non est vere et proprie Hæreticus. — 14. Tanquam Hæreticus censendus est non solum is qui temere asserit, sed etiam qui vertit in dubium animam rationalem, seu intellectivam non esse for- mam corporis humani per se, et essentialiter. — 15. Sic etiam tanquam Hæreticus verus est habendus non solum is qui temere negat, sed etiam qui vertit in dubium animam rationalem seu intellectivam esse immortalem. — 16. Omnis communicatio politica, seu conversatio, commercium et convictus cum Hæreticis, unde imminet periculum subversionis fidei vel morum, est catholicis prohibita sub mortali. — 17. Si autem absit periculum subversionis, et scandalum, possunt catholici licite cum Hæreticis communicationem politicam habere, etiamsi essent Lu- therani, Calvinistæ, alique denunciati. — 18. Assi- gnantur varia quæ sunt licita catholicis, præsertim in locis ubi cum Hæreticis permixti habitant. — 19. Matrimonia catholicorum cum Hæreticis debite ac ritu catholico contracta sunt valida. — 20. Talia

FERRAR. IV.

(49. A censuris propter Hæresim formalem externam incursis nullus confessarius, qui- busvis amplissimis facultatibus munitus, vel etiam tempore jubilæi, absolvere potest, nisi expressam ad id facultatem habuerit. Bened. XIV, constit. incip. *Inter præteritos*, § 85. (50. Etiamsi occulta Hæresis sit, et confessa- rius facultatem habeat absolvendi a censuris in bulla *Cœnæ* reservatis. Idem Benedict. XIV, constit. incip. *Convocatis*, § 53.

tamen matrimonia sunt illicita sub peccato mortali, nisi papa dispenset aut rationabilibus causis excu- sentur usque ad n. 22. — 25. Talia matrimonia in Germania, et cæteris locis, ubi Hæreticis cum ca- tholicis permixti habitant, secundum multos sunt licita ex consuetudine, cum quibusdam tamen con- ditionibus. — 24. Iniquissimum et graviter pecca- minosum est tam contra jus ecclesiasticum, quam divinum illud pactum quod in aliquibus locis dicitur adji- ci matrimonio catholici cum Hæretica, nempe ut masculi educentur in fide catholica patris, et feminae in secta Hæretica matris; vel contra. — 25. Nec valet immemorabilis consuetudo in contrarium. — 26. Disputare publice vel privatim cum Hæreticis de fide est prohibitum omnibus laicis sub pœna excom- municationis ferendæ sententiæ. — 27. Hæc tamen lex seu prohibitio vel casu nunquam fuit recepta, vel contraria consuetudine abrogata in locis in qui- bus catholici permixti habitant cum Hæreticis. — 28. Disputare cum Hæreticis non est prohibitum clericis, maxime si sint sufficienter docti et debitas circumstantias prudenter observent. Alia, *remissive*. — 29. Stando in rigore utriusque juris nec recipi, nec tolerari possunt Hæretici, et ritus eorum in ter- ritorii catholicis. — 30. Ad evitandum tamen majus religionis, et Ecclesiæ catholice malum recipi, et tolerari possunt. — 31. Hæretici sunt revelandi, seu denunciandi inquisitoribus sub pœna excommu- nicationis. — 32. Imo Hæretici evidenter cogniti ut- tales sunt denunciandi quamvis probari non possint. — 33. Libros Hæreticorum scienter legentes, aut retinentes, imprimentes seu quomodolibet defenden- tes, incurrunt excommunicationem. Alia, *remissive*. — 34. Hæretici omnes formales externi ipso facto incurrunt excommunicationem Papæ reservatam. — 35. Imo non solum Hæretici, sed etiam credentes eis, receptores, defensores et fautores eorumdem. — 36. Credentes qui sint. — 37. Receptores qui sint. — 38. Defensores qui sint. — 39. Fautores qui sint. — 40. Excommunicationem ipso facto etiam incurrunt, qui Hæreticos, aut eis credentes, aut eorum receptores, defensores, et fautores in loco sacro sepeliunt. — 41. Omnes Hæretici publici, et notorii ipso facto sunt irregulares, et remanent tales etiam post conversionem, et absolutionem. — 42. Etiam Hæretici occulti probabiliter sunt irregulares. — 43. Irregularitas incurritur etiam a credentibus, receptoribus, defensoribus et fautoribus Hæretico- rum. — 44. Hæretici omnes, credentes, receptores, defensores et fautores eorum sunt inhabiles ad be- neficia et officia ecclesiastica. — 45. Hinc tenentur beneficia in Hæresi recepta una cum fructibus di- mittere et restituere. — 46. Talis inhabilitas ad be- neficia et officia ecclesiastica durat in ipsis, etiamsi convertantur et Hæresim abjurent, præsertim si fuerint publici seu notorii Hæretici. — 47. Et hæc inhabilitas probabiliter durat etiam in Hæreticis oc-